

Etis priuatis. Ad tex. in prin. de interd. & ad similes ex supradictis patet responsio. * Oze. ad §. A-sinam non est opus respōdere, quia ille facit pro communi opinione & demōstrau, quod ille tex. nobis probat ex necessitate huiuscemodi continuationem esse faciendam, t̄ quod nunc melius demonstrabo, nam inquit tex. ille, quibusque primis proxima copulata procedant, dictio quibusque est dictio vniuersaliter, igitur ille tex. vniuersaliter loquitor, quod primi proxima copulentur, & sic comprehendit omnes actus, adeo quod istū quoque nostrum comprehendet. * Ben. ille intellectus non satis cit, quia illi text. dum dicit, quibusque primis proxima copulata &c. non loquitor vniuersaliter in omni actu, sed tantū in eo de quo ibi, dīcēdo, quod si veniet illa instrumenta, venient etiā proxima illis, & sic mens iure cons. non est loqui in omni actu, sed tantum de instrumentis illis de quibus loquitur ^{in arg. l.} Imperatores. ff. de diem adie. nam alias esset extra propositum arg. suprā de leg. in prin. & licet illa verba primis quibusque sint lata, ac generalia, non tamen debent generaliter intelligi in omni actu de mundo, sed tantum debent referri ad specificata. I. si ex pluribus. ff. de solut. empor. §. Lucius. ff. de pac. l. si de certa cum similibus. C. de transfa. sed in illo tex. §. A-sinam, tantum sunt specificata illa instrumenta, ergo ad illi solum d. verba quibusque sunt referenda, qua de te illi tex. responde, sicut dixi. * Iaf. ad tex. in princ. suprā de legat. facilis est responsio t̄ quia imo ibi Imperator ex pressè continuat illum tit. ad titul. de testamentis. * Ozer. verum est, super quo texta ego fundavi communem opinionem. * Ben. & male ut supra demostravi, quia ibi expressa materia continuatur, ideo responde ad ilum text. t̄ quod ideo Imperator ibi continuat materiam, quia habet respectū ad ea quae dixit in §. si. supra per quas pers. acq. vbi dixit, quod sufficit vidisse de acquisitione iure singulare, & quod inferius oportuno loco dicet de leg. quibus iure singulari acquirentur, vt igitur demonstret se conformem his quae dixerat in d. §. fin. hæc subicit, non autem quod de continuatione ibi intelligat, cur vero imperator in §. fin. suprā per quas person. loquatur per viam materiæ adeo quod Angel. alleget hic pro fundanda sua opinione, ego dico t̄ ex eo quod imperator nō intendit, ponere continuationem aliquam, sed tantum respondere cuidam obiectioni, quæ posset formari, cur est quod dicit de acquisitione singulari, deinde transit ad acquisitionem vniuersalem, & in medio reddit ad tractatum acquisitionis singularis, & quod Imperator ibi non intendat continuare manifestò liquet, Nec etiam sub ordinare materias, quia per ordinem non refert, pro ut ponit in hoc libro, & quia non est locus ad propositum, & dato quod materiam cōtinuasset, possumus dicere id fieri gratia breuitatis, nam cum brevis quam posset Imperator ibi vellet referre species acquisitionis, necesse fuit referre magis in genere, & sic per materias quam per titulos, cum videamus in una materia infinitos titulos repertiri, adeo quod nimis prolixus fuisset Imperator refrendo omnes titulos in specie, & ideo elegit referre materias & sic in genere t̄ cū tantum faciat, quantum referre singulas species Glo. notabilis in l. omnes. C. de præscr. xxx. vel xl. annorum, & licet Ange. alleget illum tex. ibi dum dicit, quod dicemus de leg. oportuno loco, & sic secundum oportunitatem esse faciendam continuationem, quia posset responderi, quod aut volumus quod ille tex. loquatur de continuatione, aut non, si volumus loqui in continuatione, ille text. loquitur de materia, & tunc non curatur an fiat secundū oportunitatē necne, aut volumus illū tex. non loqui in aliqua continuatione, vt demōstr. ui. & tunc non obstat, dicendo, quod id faciat secundum oportunitatem, Non obstat dum ego dicebam quod d. l. i. j. §. quartus fit continua-
 264² tio materia, quia respondeo t̄ quod non est continuatio illa sed potius est quādam divisio in septem partes facta d. l. i. j. §. & in septem partes, sed posse respōdere, quod licet illa sit diuisio, tamen Imperator illas partes singulas postea continuat, vt in d. §. quartus licet videre, & sic ibi sit continuatio materia, quia ego respōdeo, quod ibi certe sit continuatio materia, ex eo quod ibi fuerat facta diuisio per materias, quod ideo factum est, vt breuitati Imperator studeret, quod non euenis sit, si per titulos id fecisset, & præfertim in primis diuisiōibus, quæ breuiores esse debet, vt diximus infra in §. & nos glo. in princ. suprā de iur. part. cum igitur fuerit facta diuisio per materias illas, ideo sit continuatio. Non obstat si tu dices etiā ultra partes illas septem Imperator continuat alias materias, quia respondeo illud verum esse immo & librum ad librum continuat, tamen id factum censeo gratia breuitatis, nam cum alia divisio adhuc desideraretur, necesse fuit descendere ad materias & non ad titulos gratia prolixitatis c.
 265 uitandæ, t̄ quia non debent fieri per plura, quæ possunt fieri per pauciora l. fin. C. de pac. imper. off. Nō obstat text. in l. ff. ad Trebel. quia posset responderi, quod ibi sumus in capite libri, in quo non est necessaria continuatio, iuxta glo. in rubr. ff. de cond. fur. de quo videbinus infra, potest fieri quanto docunque placuerit sive ad materiam sive ad tit. sive ad proxima, sive ad remota, cū non sumus obligati sed sit in nostra potestate, t̄ vel verius dicas, quod ideo ibi iureco nō continuat ad materiam legatorum, & fideicom. quia habet respectum ad ea quae dicta sunt in d. l. i. j. in denumeratione materierū. scilicet partis, nā in d. l. i. j. versi. nunc de le dicit tex. quod de leg. & fideicommiss. dicet, quibus nihil tam peculiare est quam particularibus falcidia, & vniuersalibus Trebellianū senatus consilio eis falcidiā, & Trebel. applicavit, modo ut verificarentur ea quae dicta sunt ab Imperatore ibi compilatores posuerunt d. l. i. j. ad Trebellianum. Descendamus nunc ad tertiam in hoc conflitu rubricatum materierū quæ continuationis opinionem, quæ est, t̄ quod materierū & pariter titulorum, sit facienda continuatio.
 * Oze. Quod sic demonstrat, Rubric. Regulatur secundum Nigrum gloss. in auc. de incestis nupt. igitur qui vult nigrum continuari, videtur velle continuari Rubric. Item Rubric. est quoddam antecedens ad nigrum, & sic ad materiam, per quod demonstratur id quod in nigro tractatur, ad positionem consequentis, sequitur positio antecedentis legis ad rem. lege ad legatum. ff. de procuratoribus. igitur illi qui volunt continuari materias, & sic consequens, videntur velle pariter quod continuentur eorum antecedētia & sic rubr. ita ecōtra, si cōtinuarunt antecedētis demonstrās, necesse erit dicere, quod cōtinuet subsequēs
 demonstrā